regis appareat. Ita et nunc procedente xpo rege pacis, omne quod dirus
te est auferatur e medio, et inlucescente ueritate, fugetur mendacium
fugatur discordia, resplendente concordia. Et sicut frequenter fieri
uidemus, ubi regalium uel fratrum tabule pinguntur ita inter utrosque
unanimitatis declarentur insignia. artifex pictor femine ob habitu post
tergum utriusque concordiam statuit, quae brachiis suis utrumque
conplectens indicet quod hii qui uidentur corporalibus separati senten
tiis et animo et uoluntate conuertant. Ita nunc pax dni media adsistens
et utrumque nostrum gremio palpante connectens. discreta corpora
in unum conuenire animum ulnis iungentibus docet. In qua sine dubio com
pletur sermo propheticus qui ait. et erit consilium pacificum inter utros
que. et hesterno quidem pater noster communis euangelico pacis ser
mone praefatus est. hodie uero nos pacis uerba exponamus. Ipse nos hester
no resupinis manibus in uerbo pacis excepit et nos hodie dilatato pec
tore ulnisque patentibus ad dnm cum muneribus pacis occurra
mus. Iam bella destructa sunt pulchritudo pacis obtenuit. Nunc
in luctu est diabolus et in lamentatione omnis daemonum tur
ma. Nunc in caelestium laetitia et in angelis exultatio quibus spe
cialibus familiaris est pax. hanc enim etiam caelestes admirantur uir
tutes. o per quas fons eius habetur pennis quo etiam terrena haec nostra
guttis quibusdam exinde stillantibus inrorantur. et ideo etiam sun
terris pax laudatur a cuius laudis eius splendor redundat in caelis
laudant eam caelestes angeli et dicunt. Gloria in excelsis do et in ter
ra pax hominibus bone uoluntatis. uides quomodo caelestes omnes
et terrestres inuicem sibi munera pacis emittunt. caelestes angeli
pacem terris adnuntiant. Sci in terris xpm qui est pax nostra con
laudant in caelestibus positum et mysticis choris adclamant osanna in
excelsis. dicamus ergo et nos gloria in altissimis do. qui humiliauit dia
bolum et exaltauit xpm suum. Gloria in altissimis do qui discordiam fu
gat et pacem statuit. Dico enim uobis frs castem diaboli cuius neque uos

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0218